

fuit beate anne. sed de medio magnitudinis non curo. fuit autem in ea medium nature quia nobilissimum in beata anna fuit virgo in ea concepta de hoc medio dicitur. **De** auctore refert noster ante secula opatus est salutem in medio terre. id est in beata virgine que fuit medium terre. scilicet anna que comparatur terre. Tum propter fecunditatem. quia cum fuit sterilis naturaliter miraculose extitit fecundata in femine. Tum etiam propter conceptionis qualitatem. concepit enim secundum legem humane nature. Ipsa autem beata virgo concepit secundum legem terre sed celi. quia operatione spiritus sancti. Secundo quia beata virgo secundum legem terre per propagationem seminis concepta extitit negari non potest quin in originali sit concepta. Quia dicit augustinus super iohannem exponens illud verbum. Ecce agnus dei dicens. quod si agnus innocens et quod omnes ex illa radice veniunt. et ex illa propagatione de qua cantat david. Ecce in iniquitatibus concepit me mater mea. Et concludit solus agnus ille qui non sic venit. Idem in de baptismo puulorum quod christus peccatum non habet. quia nec originale contraxit nec suum addidit. Cuius rationem assignat. quia voluptate carnalis libidinis venie et non fuit ibi complexus maritalis. Et subdit quod de virginis corpore assumptum non vulnus sed medicamentum. unde sanaretur. unde sanaretur. unde concludit ibidem quod solus ipse fuit sine peccato. ergo etc. Et quod dicunt alii ut salvent beatam virginem in originali non esse conceptam. ponentes quod circa originale aliquis se potest habere tripliciter. Vel quod non possit contrahere nec contrari. vel quod possit contrahere et contrari. Vel quod possit contrahere sed non contrari. In primo gradu est christus qui non contraxit nec possit contrahere. In secundo gradu sumus nos. Si igitur beata virgo est supra nos et infra christum habuit se medio modo. quia potuit contrahere sed non contrari. Alias ut dicitur non mereat ea puritate qua sub deo maior nequit intelligi secundum anselmum. iste modus fit sub deo et infra christum. Non valet. quia non est dare talem medium modum. Nam quicumque concepit vel concipit via nature ex semine virili et tunc potest contrahere et de necessitate contrahit originale. Vel concipit supra naturam et ex parte divino. et tunc non potest contrahere nec contrari loquendo de originali peccato quatenus ad illud quod est formale in eo quod est debitum habendi originale iustitiam ad quod debitum non obligamur nisi quod per originem secundum rationem seminale processimus ab adam. Et quia non est dare medium inter

hunc modum et illum. quia non est medium inter affirmationem et negationem. Ideo omnes alii a christo originale contraxerunt. **B.** Quod autem in originali peccato beata virgo fuerit. Dicitur quidam quod solum per instans. Et ponit exemplum de sagitta mota que solum per instans est in loco sibi equali. Sed contra tunc simul fuisset sub culpa et gratia quia ut probat philosophus in phisicorum. Si aliquis per instans solum stare sub aliquo et statim tenderet in oppositum simul moveretur oppositum et per consequens simul esset sub oppositum. Item cum procedit de opposito in oppositum non est dare ultimum instans quo fuit sub opposito. ut patet in phisicorum. Et si de albo debere fieri nigrum non dabitur ultimum instans in quo est albus. sed dicemus quod per totum tempus tale fuit albus et in instanti quod copulatur ad illud tempus. incipit esse nigrum. Sic in opposito in processu de culpa ad gratiam sunt opposita. Quod autem dicitur de sagitta veritate habet in motibus ubi proceditur ad aliud acquirendum sicut loca per que movetur sagitta ordinat ad locum ad que vadit. Culpa autem non ordinat ad gratiam. ideo non valet nec facit multum ad laudem beate virginis. Et quo ponitur accepta in originali. An in huiusmodi originali fuerit per instans cum vel per tempus in perceptibile. Modicum enim est in perceptibile tempus quasi si instans reputatur. Et quia rationabilis est cum res non possit procedere de opposito in oppositum sine tempore medio et nisi per aliquod tempus quanticumque in perceptibile fuerit sub illo opposito. Tenendum est quod beata virgo fuerit sub originali concepta. quia in deceptio ne eius virtus virilis seminis et ample materialis iterum et sub huiusmodi originali culpa per aliud tempus fuit licet credibile sit quod tempus illud fuerit valde breve et quasi in perceptibile. Nec derogat laudi beate virginis sed ponitur concepta in originali. Aliquod enim est laudabile in inferiori quod non est laudabile in superiori. In christo enim non fuisset laudabile quod fuisset conceptus in originali qui non fuit materialis amplexu conceptus. sed in his qui materialiter amplexu concepti sunt. quia hoc modo fuit membra christi. put ab originali per gratiam liberentur per christum. licet enim esse in originali non sit secundum laudem. tunc put per hoc fuit membra christi ad laudem pertinet non enim aliquis aliter fit membra christi nisi quod ab originali liberatur per christum. Unde augustinus in de baptismo puulorum ponens similitudinem de serpente exaltato in heremo et de christo ait. Si movet te inclinatio mali in vita propria non nega contractum et esse reatum de vita

*Non quare creditur in originali  
quia in originali*